

I
50770

Incunabel

F.S.

Aus

der Bibliothek der k. k.
Theresianischen Akademie

in Wien

angekauft am 17. Februar 1899.

(Erlass des Curatoriums * * * * *)

* * * * * ddo. 31. Jänner 1899.)

Poema Autheticon phocylidis
greci poete christianissimi a Jacobo Locher Philomus
so ad Latinos Elegostradactam. In quo morum salu
berissima documenta aduersus septem Mortalia vicia.
ceterasq; vite sordes adinstar preceptorum decalogi co
tinentur.

Epigramma Philomusi ad lectorem.

Aspicias o lector sculptas ex ere figuras.
Quas tibi phocylidis dulce poema notat.
Aspicias et nostros studio florente labores
Quos parit Nonij perunigil hora chori.
Immortale merum redolent sapidissima Grai
Carmina phocylidis. que modo versa tenes.
Versa tenes numeris elegis. pedibusq; latinis
Vincta. quibus laudum postera fama patet.

Dij bene voltant.

(Augsburg, J. Froschauer, 1500)

Aliud epigramma ad lectorem

Non tibi lasciuos numeros, non turpia fingo
Carmina, sacrificis ritibus ista scarent
Impia dicta nihil, diuinus curat Apollo.
Qui flatu salubri cantica nostra iuuat,
Nil cytherea Venus, paphio celebrat a sacello.
Iuris habet, puro carmina rore sinunt.
Phocylidis tenerum non intreat dogmata lumbum.
Collibus haud liceat tangere sacra uiris.
Nec legat auersus uicij, scelerumq; seuerus
Censor, cui probitas, dexteritasq; placent.
Nec legat, et morum cultor, uirtutis honeste,
Assessor legat hec, insinuetq; bonis.
Phocylides fidei recolens precepta, sacrauit
Pro lepidis inuenum moribus istud opus
Tradidit numeris nuthetica scripta latinis
Germanus, quem iam gloria certa manet.

Laudes et Elogia in
phocylidem Aldi

Phocylides decentem uiuens vitam,
De sacris initiatus, ut apostolus magnus
Ut auditor dei uaticiniorum,
Et antistes optimorum operum,
Euangelice hec dicit, et scribit,
Utilia que sunt ijs qui in uita.

Aliud Aldi

Nec indicjs diuinis, dei consilia declarat,
Phocylides Andron o sophoratos ditia dona,

Distichon Philomusi

Non sine diuino summi precepta tonantis
Iudicio nobis diue poeta canis.



Jacobus Locher Philomastus ex nobilium & liberorum Sueuorum panegyri. Poeta & Orator Laureatus Ingolstadtensis Academiæ primarius humanitatis & rhetorice ecclesiasticæ clarissimo ac nobili viro domino Georgio Singenhofen iuris pontificij doctori canonico Ratisponensi. Salutem dicit plurimam.

O Erxi mihi non immerito, visus sum, Georgi charissime, ne quod plerumque ingeniosis adolescētibis accidere solet, etatis florē audacioris decipiatur. Nam cum fertilibus natura. Ingenijque vena scaturiens. Illustria cuncta experiri cupiat, facile fit, ut ex nobili ac salubri fructu, zizaniam ventilarē malus censor psumat. Sed ego etatis florido germine raptior in musicos numeros, & cupidius appeto, quæ laboriosius parantur. Ingenium valet, ut ait Salustianus Cæsar, quocumque intendam, non tam eruditionis sumo, quæ facili genio cōfidens. Elegorū meorū facilitas si non Tibulli tersitatem, si non galli ardorē, si non Duidij ingenuitatē sapit, volentē tū, & a natura compositū adolescēre respiciat. Si quis, pfecto iudex equus Italicorū & nostratū cōditionē censere voluerit, plus ingenie laudis ac gloriæ, nobis sub gelido sydere, Elicæque parthasia genitricis tribuat, quæ italicis, quæ nos theurones barbaro lingue succo ablati, aspe sono corrupti, nulla vocis euphonia formati, ab romano eloquio procul semoti, phœbū cecine.

Quasas colimus. delphos iuuisimus. pyrenē bibimus.
Anteaq̄ castalidū sumo lustramus amore. Latij vero.
vrbisq̄ rome indigene. vel autochthoni nō alienā. sed pa-
triam tondunt messem. Nos in aliena lingua. quātum
fas est. ⁊ quātū natura fert. Ingenij flores educimus.
energias rerum effamur. vetustates barbaras ⁊ grecas
scrutamur. ⁊ mediocris laudis auidi. rudibus nostris
scholasticis carmina scribimus. ⁊ camenas canimus.
que sanctā vitā efficiūt. nō ethia calimachi. nō heraclyo-
ti. qui cognomēto Scotinos dicit. tenebrosam philoso-
phiam. nō furiosas apollinis vates. nō pugnas gygan-
teas. nō vniā Quinois. nō rhadamantis flagrum. non
saxum sisyphū. non tragici symnatis crudeles exitus.
fingere cupimus. Sed exiguos elegos. ⁊ scōmata bilbi-
lidi. ⁊ sancta elogia mediocri sub iudice. dum mens vi-
get scribere nō dimitemus. Sed dices forte. Quī incun-
dissime Georgi. obloquitōribus marciā blaxterandi p-
bes. quid illud. Nemo clari ingenij iuuenis. obtretrato-
rum morsibus caruit. nostra q̄ facimus ad lucubrandū
sunt dura. ad iudicandū mollia. raro em̄ recte iudicas.
qui detrahēre q̄ legere magult. Est tñ patiēter ferendū
si paruis ingenijs detrahāt. Magna quidē ⁊ illustria cis-
tra malenolorū obtrectationē celebrari nō potuerūt. Et
vt Petrarckam nostrū repetā. Redde inquit mibi Py-
tagorā. reddā tibi illius ingenij contēptores. Redeat in-
gretiā Plato. renascāt Homerus. reminiscat Aristotē-
les. reuertat in Italiā Varro. resurgat Linius. reflores-
cat Cicero. nō modo segnes laudatores inuenient. sed
mordaces etiā ⁊ luidos osiores. Sed quid mibi accidet
qui vix millesimo ramo illustriū viroz gradus contur-
go. q̄ audaculus iuuenis meos pueriles foetus in lucē

mitto. quibus tenebre obijel quicunt. Sed vela ventis comitto. et soluenti libello faustum precabor exitum. Nam cum superioribus diebus otiosus essem. et in museo singulas eorum thecas voluerem. Inveni poemam phocylidis christiana doctrina fulgidum. hexametris compositum. et per Aldum Manutium romanum. virum clarissimum sub nulla metri. per dumque lege. ad verbum translatum. In manus accepi grecum codicem et pariter Aldi mei translationem. pensiculatis singulis. istos elegos formavi. non tam verba quam sententiam sequutus. quos tibi nuncupatim dico. qui nois ac stemacris tui gloriam. quam certo mereris. late per omnes germanie fines predicabunt. Tu enim ab incunte etate studio bonarum disciplinarum deditus non mediocre laudem tue familie que utriusque virtutis illustres cultores habuit. artulisti recto ordine studiorum ad iuventutem processisti. primum manuum serulis subduxisti. deinde rhetoricam. atque eloquentie maiestatem me doctore. accepisti. hisceque rebus apollinis gratias. et humanitatis iucundos latice apposuisti. senumque et gradatim ad leges. et sacros canones pedem promovisti. que omnia te multis condonabunt premiis. In his etiam consanguineus ille tuus Georgius Morbassus Canonius Ratisponensis vir nobilis et industrius. meli tibi auctorem. et te possessorem commendabit. et licet hec precor scripserim. que in privatis scholis ludisque litteratorum legi mereant. tamen sine rubore tibi dedicamus. ut meum erga te fidissimum amorem cognosceres. et me tuum piladem. cum tu sis fidus Drestes in omni comitu. ac hospitalitate plane sentires. Vale. Datum Ingolstadtij nonis Aprilibus. Anno re. M. cccc.

Commendatio auctoris vtriusq;

Phocylides grais quondam celebratus in oris.
Celitus haec nobis scripta diserta dedit.
Nec mistagogus cecinit precepta beate
Doctrinae, qualem consecrat ipsa fides.
Vana dodonei non hic oracula templi.
Pandet, nec delphis anxia fata canit.
Non canit idei cybeleia sacra furoris.
Nec serapis fletum, leticiamq; canit.
Nō iouis hāmonis, libyca qui squalet harena.
Sacra colit, gentis sacrificiūq; nefas.
Nos negat esse deos, demonia spurca fuerunt.
Et furie belial, vel stygis atra cohors.
Nec mandata dei vates, quem numine dextro.
Spiritus afflauit, et documenta canit.
Quicquid habent mores venerandi iuris auri
Elicit, et gratis pectora castra docet.
Quicquid hīs virtus, quid pars, quod norma pudoris.
Exprimit, ut pateat nobile dogma bonis.
Vultum phocylidi recti debetur honoris.
Vultum grande sophos debet et alma fides.
Talia qui latum sparsit monumēta per orbem.
In quibus enituit ingeniosa manus.

Proloquium in Anthusias

Accipe fructiferos monitus studiosa iuuentus.
Disce modum vite, consiliumq; tue.
Haec tibi signamus leges, cantusq; salubres.
Temporis ut cursu tutior esse queas.

Non sunt vana mei. nō lubrica scripta laboris.
Compulsi hec vatem scribere verus amor.
Griatus erit christo. quisque precepta fideli.
Attinget digito. concipietq; libens.
Nec curas hominū solvunt. hec turbida sanant
Pectora. iustificat hec mala cuncta palam.
Nec luyus mīnunt auidos. laqueiq; procaces
Corporis illecebras. ⁊ bona multa docent.
Et ga meos monitus precor acceptato iuuetus
Nec te peniteat hos didicisse modos.

Prima Purgesia moralem
vitā instituens ad iuventā.

Astro bonis vite quisq; cōsulor: honeste
Viribus ⁊ totis crimina prava fuge
Tu venere. stygie tu basia spurca gomore.
Effuge. nec veterū pollue queso thorum.
Legibus humanis turpis damnatur adulter.
Damnatur penis. supplicioq; graui.
Frans vitanda mali. dolus. obtreccatio. liuor.
Sanguine nec in isto est cōmaculanda man⁹
Iniustas non querat opes. qui vinere in ste
Gliscit. ab externis abstineatq; bonis.
Sit contentus item rebus presentibus. atq;
Conditione sua. nil nisi recta colat.
Discat vera loqui. mendacia ficta labelli
Ditet. ⁊ ore suo garrula verba premat.
Tuprimum venerare deum. charosq; parentes
Sunt ⁊ iudicij libera vota tui.

Honestas vite
viciozum est ex
pultrix.
Venus fugienda
celestibus signis
punita
Adulterij crimē
dignū supplicio
Dolus mal⁹ ob
treccatio odiosa
est.
Sanguis inst⁹
deū hz adiutorē.
Xerū p̄sentū s̄
parū. satis est.
Veritas
Mendacium
Cultus dei
Amor parentū

Justū iudiciū	Pignus amicitie. nec sanguis. nec genus vnq̄. Iudicij rumpant munia iustarū.
Tutela paup̄is	Neglige non inopem. causam defende rogātis
lanx equa oībus	Pauperis. equali lanx tua parte cadat
Deus vindex	Si male iudiciū tribuis. tua facta retractet
malorum	Astrojum dominus. suppliciumq̄ parat.
Peierator: turpis	Fas est iusta loqui. turpe est cum testis iniquus
testis iniquus	Et mendax ledis numina sacra dei.
Mensura rerū	Mensuram confer iustam. seruaq̄ pudorem.
pudor: morū lex	Et fidei leges. omnibus adde modum.
fidei	Si iuga bina trahis certis onerata bilanciis
Modus rectus	Rebus. mensuram redde perinde bonam.
Scrutere debitū	Non sis iurato: falsus. deus acta recenset.
Peierator. sacrī	Parce sacrīs rebus. non aliena rape.
legus. depilator:	Hic maledictus erit qui sumit semina terre.
fur publicus	Qui premit atq̄ inopem. pauperiemq̄ facit.
Merces oparij	Quiq̄ laboranti mercedem denegat. vsq̄
digna	Dignus morte premi. tartareaq̄ rota.
Taciturnitatis	Mente tene verbum tacitum. compeſce loquacē
cōmodum.	Lingūā. sepe deniq̄ garrula lingua mouet.
Permissio mali	Non permittē malum fieri. nec rebus iniquis
fugienda.	Ipse quidem studeas. hec fugienda procul.
Elemosyna	Si dare mendico cupias. non munera differ.
	Nec clames cras cras. si venis ipse dabo.
Diuitis largitas	Cū sit plena manus. cū sit tibi magn⁹ accrus.
7 beneficentia	Da partem miseris. pauperibusq̄ viris.
Hospitalitas	Hospes sis placidus. duc cecos. 7 miserere
humana pietas	Nastragio lassis. claudibus atq̄ frecti.
Consolatio	Tu solare viros turbatos. tuq̄ cadenti.
Auxiliū libens	Confer opem. mentis tristitiamq̄ leua.

Sunt motus hominū cōmunes. vitāq; nostra
Est trochus. instabiles diuitieq; riuant
Diuitie claros tunc cōsectantē honores.
Si largas faciunt munificasq; manus.
Quas tibi summus opes cōcessit iupiter. illas
Diuide. cōmunis sit quoq; vita boni.
Sit concors animus. gladio te accinge. tueri
Quo possis vitam. neq; tibi displiceat.
Ne dextera tamines. inimico parce superbo.
Vindictā superi cedis habere volunt.
Disce modum seruare bonū. moderatio rerum
Optima. virtutis est quoq; prima soror.
Quō tibi nō fieri clamas. curato vicissim
Feceris haud alio. vita molesta nocet.
Alterius segetem. nec fructus ledere tentes.
Abstineat cultis vomer aduncus agris.
Aduena possideat pariles cum ciue fauores
Et libertatis sint data iura paris.
Ex equo vinant. sit pax tranquilla p omnes.
Omnibus vna fides. sit quoq; sensus idem.
Semen auaricie multos peruertit honores
Producit scelerum germina cuncta quidem
Frugales perimit mores. per fasq; nefasq;
Accumulat nūmos. et sine iure rapit.
Nil saturare potest foedam sitientis auari
In glunem. cupidā sentit et vsq; famem.
Vnquibus attingit nūmos raptura celeno.
Non iusto parcens. non inopi q; viro.
Auram destructor vite. princepsq; malorum.
Dūq; difficiles nectis vbiq; dolos.

Vita trocho
similis
Diuitie hono
rabiles.
Omnia cōmū
nia amicorū
Concordia
Eius defensio
Malum uicis
Moderatio viri
tus optima
Vicissitudo
dānorū vitāda
Telluris et
cereris libertas
Aduene
Cines
Pax fides
Sensus vnitas
Auaricie crimi
na infinita
Auaricia
insatiabilis
Celeno rapax
Exclamatio in
auri cupiditatē

Aurum occasio
bellorum.

Aurum occasio
domestice disci-
cordie

Aurum falsi
principium

Aurum ex terre
disceribus in per-
niciem hominū
effoditur.

Beatus ille qui
paucis vivit.

Hypocritis vi-
tiorum blandissi-
ma pestis.

Simulator

Gorgones

Lingua fallax

virus clādestinū

Polypo similis

hypocrita

Scienter peccat

hypocrite

Sapientis vita

Dvtriannatum inūq̄ mortalibus esse
Dulcia suppeditas que nocumenta vitis.

Te propter pugne fiunt. et bella mouentur.

Ad priedam. et cedes corpora nostra trahis.

Tu facis ingratus patrem q̄ filius odit.

Inter et agnatos iurgia sepe mones.

Prosterne gentes. et totum destruis orbem.

Nulla fides hominis. te duce stare potest.

Foedera tu regum. tu falsos iungis amicos.

Imperio seruit et genus omne tuo.

Scrutamur montes. atq̄ in viscera terre.

Nec tutum poteris subitus habere locum.

Felix ille tamen modico qui vivit in agro.

Vincula nam mortis hunc leuora manent.

Relinquit post se nullas in funere lites.

Wat mentem superis ossaq̄ condit humo.

Secunda Parthesia.

Corpis hypocritis non sis. qui corde venenū

Contegit. abscondit mortiferūq̄ scelus.

Dulcia verba foris loquitur simulator acerbus

Intus alit vulpem. gorganas atq̄ lupos.

Mens aliud sentit. q̄ fallax lingua loquentis

Exprimit. et virus clam vomit ipse suum.

Est polypo similis petrophno per regionem

Qui sic mutat. instabilisq̄ manet.

Falsa sciens agit is. rapiunt iniusta volentem

Crimina. sponse sua perfidus esse cupit

Qui sapienter agis. viuendi sine sub vno

Dixige consilium. lūmina pone tibi.

Nec tibi confidas nimium, sapientia mundi	Sapientie hu-
Vana est, nullo robore sulca cadit.	mane vanitas
Jupiter est sapiens, fortis, prediues, rator	Jupiter sapiens
Humani generis, hic quoque cuncta regit.	
Abique deo quodcumque sapit, perditio magna	Qui a deo abest
Est animi, gentis dogmata sumto procul,	non est sapiens
Non tua perteritis consumas tempora rebus.	Gentilia vitada
Pectus transactis dilaceresne malis.	peritorum oblitio
Infectum non esse potest quod publica facta	optima.
Egerunt, casum nil memorare iuvat.	
Præcipites frenamotus, ireque furorem.	Fortis frenandi
Peruat ad cedem, te furiente manus.	Ira tempanda.
Pone modum tumidis venis, te passio nulla	Passio mala
Sollicitet, mortem vitrea bilis habet.	Bilis letifera
Non te deliciae, non vana superbia mollem	Deliciae prave
Efficiant, pectus illecebrisque neces.	Superbia
Pelle voluptatem, que turpes suadet amores.	voluptas corporis
Corporis ac animi quoque nociva fuge.	Amor turpis
Castus amor virtutis erit, venerisque pudendus	Castus amor
De decus, infames auget illecebras.	Amor veneris
Dulcis amor cines inter versetur honestos.	Amor civilis
Qui iungat dexteras, concilietque bonos.	
Viniçie multos faciunt sine laude prophanos.	Viniçie falsi per-
Ad pompam rapiunt, inuidiamque mouent,	inrii ac mortis
Abiurare iubent, ex his iniuria falsa	causa
Incutitur miseris, exitumque parant	
Ad casus varios, ad tristia damna fuerunt	
Viniçie multis ad subitamque necem.	
Sis bonus et facilis prebe documēta, quibus sit	Bonitas et facili-
Æmula posteritas, vestigiumque patens.	tas, vite.

Mensura recti
Modus corporalis

Inuidie malū
Inimedicabile
Concordia
superum
Concordia
planetarū
Concordia
clementoz

Exclamatio
in liuorem
Pestilens mor-
bus Inuidia
Corporis et Ani-
mi egritudo est
liuor

Iusticia
boni mores

Nil citra recti mensurā sumere debes.
Sit modus in potu. sit modus inq; cibo.
Sit mensura tui sermōnis. sitq; soporis.
Cunctaq; laudato sunt moderata pede.
Ne bona tu socijs. haud incrementa salutis
Inuideas. alios turpi nec voce laceffas
Astrifere viuunt sanctissima numina sedis
Inuidiam citra. et grata bonitate fruunt.
Non phoebe phoebe radijs melioribus orto
Inuidet. et stelle concordia foedere durant.
Nec granis ethereis sublimitatibus infra
Existens superis tellus irascit̄ auris.
Nō mare fluminib⁹. pelago nō vnda fatiscens
Inuidet. accepta est rebus concordia natis.
Inuidie liuor celozum scandere nequit
Culmina. sed toto preceps nūc serpit in orbe.
Liur: eday stigijs inferni nate sub vndis.
Aut acheronteis edire gurgitibus.
Peste quid atroci mortalia pectora semper
Insicis et miseri corporis ex̄ta voras.
Quid liuore graui. neruos et viscera semper
Conteris. vt nūq; sana medulla siet.
Intestina secas. morbo tu liuida membra
Efficis insano. pestilis aura tua est.
Est in te facies pallescens tabe cruenta:
Qua furor. ira feroy. pender et inuidia
Liur: eday animos. sensus. et corpora morbo
Lederet abifco desine liur: eday.
Percole iusticiā. castos tu dilige mores
Pelle malas operas. insidiasq; fuge

Vindictam dele in isto moderamine. Vexat
Ira rapax cum te. sit tua dextera tenax.
Vtile procura. pacem cole. despice litem.
Segregat vnanimes querabiosa viros.
Antea q̄ finem videas. non credere debes
Falso persuasus. exitus acta probat.
Qui bene perficiunt operas prestare merentur.
Et fas est digno magnificare gradū.
Mospes sis fidus. non sit tua mensa dolosa.
In qua perniciem recia tensa struant.
Non fias inopis chrestes. non raptor anaris
Quem satiant nulla foenora congerie
Non tantum euellit plamas. ast ossa medullis
Siccatur. vix modici sanguinis vnda manet.
Indoctus non sit index. nec censor ineptus.
Publica clamosi temperet acta fori.
Solutus enim sapiens prudentes dirigit actus
Artes apra manus dirigit artificis.
Ingenuo tardus nullas sibi comparat artes
Doctrina vacuus irrita multa facit.
Qui bona non didicit. nulla bonitate docebit
Ingenuos animos. proficit isq̄ nihil.
Assentatores tibi nec blandos parasitos
Effice nec socios ludificosq̄ viros.
Ad potum. dulcemq̄ cibum famulatur amicus
Vasfer. et ad risum verba cachinno capit.
Scit gestus. vultumq̄ tuum formare decenter
Pender ad aspectus iste susurre tuos
Dum nihil accipiunt a te. conuicia dicunt
Omibus. effutunt verbaq̄ sicca palam.

Vindicta remitte
tenda.

Ira moderanda
Vtile Pax Lis
Exitus est inspi
ciendus
Operarij

Mospicium do
losum
Foeneratoris
auaricia

Indocti iudicis
et magistratus
vitanda
inseitia
Tarditas
ingenij
Bonus bona
docebit
Assentatorum vas
fer dolus fugiendus
Amici bacchi et
cereris

Susurre

Aura popularis
ris spernenda
Inconstancia
vulgi

Sacrificiū inter
grū et mēsuratū
Venerāde mortuorum
reliquie
Cū lacris luctas
tur qui sepulchra
violat.
Pulvis sum⁹ et
in pulverem ver
timur.
Spiritu⁹ vivus

Nec tam respicias populo plaudente fatiores
Auras nec tumidas respiciasue dolos.
Non est credendum populo. mutat ad horam
Quamlibet. et stabilem nescit habere fidem.
Inconstans igni populus simulatur et vndis.
Quas res oclusas nemo tenere potest.
Tu quodcūq; ioui debes persolvere summo
Fiat mensura. cum ratione. modo.
Defunctis placidus terram impartire sepulchri.
Destruere nec tumulus. nec monumenta rape.
Eruit et tumulo quicūq; cadauera fracto.
Est foris sathane. rartarsiq; canis.
Suegere de terra cuncti speramus ad arcem
Herberis illustrem. sydereosq; choros.
Voluere reliquias et condita membra sepulchri
Grande nefas. caueas qui bonus esse voles
Verrimur in terram. quoniam de pulvere nati
Nos sumus. ac semper spiritus ipse manet.

Tercia Parthesia.

Cupiditas habendi
et pecunia
nil conferunt ad
felicitatem.
Infernus cōis
locus est.
Mortui oēs debe
nunt
Anima immorta
lis.

Sitibi sunt nūmi si fluxa pecunia prestat
Noli congestis parcere divitijs.
Non ad crudelē plutonem ferre licebit
Denarios. mors hic omnibus vna patet.
Communis locus est infernus regibus atq;
Pauperibus. omnes styg luctulenta premit.
Mors tenet equalis cūctos nil stēmata possunt.
Divitibusq; valent. omnia morte cadunt.
Iupiter oīpotens anime dominat. et ipsa
Est immortalis. necruit ad senium.

Ergo bonas anime dotes veneranter habeto.
Ut posses rutili visere regna poli.
Vita brevis nra est. vix paucas vivim⁹ horas.
Labunt^r celeri tempora cuncta gradu.
Lux melior: superis. anime qua^m cernere gliscunt.
Sunt ubi tranquilli gaudia summa throni.
Custodi mentem. ne perturbatio fluxum
Te quatiat senis incita turbinibus.
Spes. dolor. atq; metus. plures ⁊ gaudia vana
Urgent ad casum. perniciemq; parant.
Vox tua sit mitis. tibi sit nec sermo prophanus.
Turpiloquens non sis. turbida verba caue.
Naturale datum est homini donum. auxiliūq;
Eradicens ratio. qua bene vivit homo.
Sic aibus pennas volucres. roburq; leoni.
Cornua sic tauris. sic ⁊ api aculeos.
Actamen inprimis. sapientia diua colatur.
Que melior: forti. magnanimoq; viro est.
Hec iouis e cerebro. summisq; creata sub aëtris
Vibes ⁊ agros. oppida cuncta regit.
Artes milicie. naves. ⁊ bella gubernat.
Comoda procurat. damna cauere docet.
Erigit hec iustos. mercedem prestat honestis.
Judicat hec furcs. noctuagosq; premit.
Si sapiens fueris. nunq; predonis iniqui.
Depositum capies. rem neq; participem.
Hec facit electos dominos. qui cernere possunt.
Virtutum formas. iusticieq; vias.
Videris errantem terra. pelagoq; sumentem
Foran. ne promptum subtrahere presidium.

Breuitas vite bo
nis operib⁹ pccu
denda
Claritas eterne
glorie
Mens custodiē
da a perturbatio
nibus
Spes. Dolo:
Metus. Leticia
Supbiloquētia
gignit odium
Ratio hois nat
turale adiutorii
Adiutorii ams.
leonis tauri apif
Sapia oibus re
bus anponenda
Dēares mūdi sa
piētia gubernat
Bona sapientie
⁊ effectus
Deposituz furis
nō capiendū est
a bono viro ad
participandum!
Sūmapietas p
yuniū adiunare

	Precipit hoc virtus. hec est doctrina sophie
	Quia in sapiens qui quæ percolat et foueat.
Fugienda venenosa fictorum crudelis liras	Non aconita manu. nec dilue dira venena. Corpora quis hominum mortificare velis. Turpe nefas hoc est. mores inferre veneno. Occisi ut capias arua relicta viri.
Rusticus	Sorte tua contentus abi. si tunc laboras. Sic labor ipse tuus utilis atque bonus.
Manta	Mantia sic etenim debet censere labores. Ut citra noxam commodus esse velit.
Miles	Sic quoque miliciam miles sectetur honestam. Ius colat et leges. officiumque suum.
Labor cum virtute re salutaris est	Cum virtute labor noster concordet. et usque Meret. iniustas nec sibi querat opes.
Fornicarum prouidentia	Prouida mens hominum. florente estare sequatur Fornicas. que nos viuere rite monent. Attonsas raptant fruges. terraque recondunt. Ne turbet vacuas bruma molesta domos
Apium natura lis vigor	Sic apium natura seray disponit acervos Florum. mellitos conficit atque fanos.
Vita iusta	Ut vitam iustam viuat. sic quisque laborat Prouidus. haud fructus diripit alterius.
Decus et utilitas matrimonij	Ut generes sobolem. non celes viuere debes. Idem nature. styrsque paterna cupit.
Leno uxoris detestabilis	Uxoris nec leno tunc velis esse pudendus. Non prolem similem mechica vulua parit.
Parces non sunt offedendi a liberis	Lex quoque sit nati. ne dicat iurgia matri. Delictis haud sese turpet amore patrie.
Embryon Infans	Embryon uxoris clausus matrice. veneno Ne corumpetur. letiferoque cibo.

Vel genitris canibus iaceat, vel preda cruenti
Vulturis, aut fiat piscibus esca maris.
Effuge spurcicam venerem, nec dira libido.
Te cogat sanctum contaminare thorum.
Spurcus amor siquidē est insane passio mētis.
Corruptor morum, luxurieq; parens.
Non cupias gracilem tactu fo. dare puellam.
Ex oculis remoue suavia blanda tuie.
Non duc uxorem grandi cum dote molestam.
Que mala precludit libera vota tibi.
Non reuinit mulier lo cuplet in nubere, seu sit
Improbis, aut inēday, sacrigelusue palam.
Corrige filios doctis sermonibus, esto
Etatis custos impiger instabilis.
Nec patere in tortos nati, crisposq; capillos.
Bedeceet ingenuos nam coma laxa mares.
Hec iūt deliciae mulierū, quas coma vestit.
Vitraq; concinnat, coecina lena inuuar.
Virginitas 7 tenere custos tu prouidus esto.
Limite transgresso ne fluat ipse pudor.
Difficile eximias est custodire puellas.
Hæc nisi conseruet sedula cura matrum.
Inter cognatos, affines, inter amicos.
Sit concors animus, sit veneranda fides.
Maiores prona venerentur fronte minores.
Sintq; pares nostris patribus vsq; senes.
Non seruum cōtemne tuū, non imprime fronti
Srygmata, nec ledas verberemancipium.
Accipe consilium, sapienti crede magistro.
Proderit ingenio hæc nurbesia viris.

Viciū muliebre
in confodiendis
embriouibus
Venus spurca
sanctitas thori
Amor est passio
mētis 7 morum
peruersitas
Puella castitas
non tentanda
Uxor dotata ac
rogās 7 superba
Feminarū leni-
tas in nubendo
Correctio filioꝝ
necessaria
Non sunt coma
ti pueri
Habitus mulie
bris
Ugo custodiēda
Amor 7 discordia
inter 7 sanguine
os dulciavicula
Maiores 7 senio
res a minoribus
sunt venerandi
Sernoz conditio
pietractāda
Sapienti est cre
dendum.

Urbibus his animas vestras. ⁊ corda doceris.
Et facitis puras corporis arterias.
Bona vita facit **Utqz bonam vitam. ad securam quisqz senectā**
trem senectutē **Producat. demum mortuus astra petet.**
Telos. ⁊ sit doxa christo.

Ad librum epigramata auctoris.

Ilber ad classes. qz grāmata prima magistri.
Erudunt. vascum despice gymnasium.
Non duris criticis. trutinant qui cūcta labello.
Scriptimus hos elegos. Fuge flagra liber.
Scriptimus hec pueris. vinctis ceromate nullo
Simplicis eloquij quos elementa iuuant.
De facilem genuit varem natura. nec ardoz
Deficit herous. nec mihi soecus abest.
Tu lege cētauros. vel gorgonas. atqz thyestem.
Quai rem difficilem queris habere tibi.
Eviguis elegis decuit me ludere phoebus.
Scriboqz. quod possim dicere iure meū est.
Hec pueri capient facili dictata labore.
Et satis est famam qz philomusius habet.

Decarostichon eiusdem pro
Aldo Danutio romano.

Germanus cecinit. greco quod carmine scripsit
Phocylides. Aldo laus tribuēda prior.
Quid ananiam disquirat opes. passimqz latentes.
Contrahit auctores. conspicuosqz sophos.

Qui modo cecropias reparat studiosus arbenas
Qui scribit in latio scōmata graia solo,
Transtulit ad verbum primus sermone latino
Phocylidis carmen. melabor alter habet.
Ex greco. nostroq; simul. traduximus istos
Epiles numeros. Alde discrete vale.

Leonhardi Cansler philomuscole
ad p̄ceptorē suū Jacobum Kocher
Epigrāma

Tu philomuse sagax dulci modulamine phocylidi
Ad tua plectra trahis. pindariciq; chorum.
Tu phoebo a musis bene grat⁹. clara relinquis
Scripta. quibus nomen stat decus ⁊ titulus.
Jam tibi de nostris multum debetur honoris.
Welliflutum vatem posteritasq; coler.
In clitate celebrat plausu germana iuuentus.
Personat latios ⁊ tua musa laece.

Philomnisus de se ipso contra
obloquentem hypocritam

Barbatos patres laudavit sancta vetustas.
Nunc est grande nefas barba pudica viris.
Quis deglabratos et scabro pumice tonsos.
Non videt. mihi plus barba modesta placet.
Sum inuenis fateor. sed me delectat auorum
Dexteritas. frontis magnanimamque decus.
Cesar qui potuit durum superare Catonem.
Corpore distinctus. mente pudicus erat.
Tu quicumque vides philomnisi stemma discreti.
Quicumque vides habitum. qui caput. atque manus.
Dextrum crede vicum. quem rectis moribus ornat
Naturale decus. ingenijque nitore.

Dij bene vocant.





